Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 102



carissime, & patientem in omni tribulatione te præbe: ne forte dum sæpius te alii hortantur ac consolantur, superbus efficiaris. Dicit enim Apostolus: consolamini

Hebr. 3.

invicem quotidie, donec conceditur appellari hodie, nequis vestrum fraude atque impostura peccati obdurescat. Participes enim Christi evasimus, si principium obtineamus. Initium porro omnis virtutis est fides. Vitam virtutibus ornatam possidet monachus, qui patris admonitionem auscultat, eique morem gerit. Nudus efficitur monachus, qui inobedientiam viamque latam diligit. Diabolicum consilium est monacho alienum appetere gradum. Captu facilis redditur monachus, rebus sæcularibus implicatus. Vitam æternam mansuetus & tranquillus monachus possidebit. Sol, & luna, & omnia astra super illis gaudent, qui recte Christo Domino serviunt. Thesaurum sibi in cœlis comparat omnis, qui vitam sectatur quietam in caritate. Medicus passionum ac perturbationum efficitur, qui in veritate timet Dominum. Tamquam e specula prospicit & superat pravas animi affectiones monachus mitis atque mansuetus. Populi laudabunt Dominum in homine, qui suam ipsius salutem non negligit, sed de suo ex hac vita exitu sollicite cogitat, & de hora illa, quando coram formidabili Christi tribunali assistere debebit. Mansio & habitaculum fit sancti Spiritus quicumque suam salutem amat. Templum efficitur Dei omnis qui continentiam & castitatem diligit. Gladius contra dæmonem acediæ ac tædii, est mortis & pœnarum memoria. Non condemnat proximum suum prudens monachus. Verba vitæ æternæ concreduntur viro Christum diligenti. Frumentum mundum est vir hospitalis. Accusatio sui in omni tempore purgatio est peccatorum. Patientiæ nervus est temperantia & abstinentia. Suam ipsius occidit animam, qui a mandatis Domini recedit: gaudium vero ineffabile possidebit omnis qui ea in veritate observat. Psalle, carissime, spi-

Psalm. 118.

ritu, psalle & mente. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & favum ori meo.* Principium & finis fidelium, est fides, spes, & caritas. Omnibus autem rebus gravibus atque molestis gravior ac molestior est acedia & pigritia: maxime vero si sociam habeat infidelitatem: nam pleni sunt fructus ejus veneno mortifero. Recordare, carissime, semper tremendi tribunalis Dei: & erit tibi firmamentum, & resistes eis, qui insidias parant animæ tuæ. Prudens monachus ad ministerium emissus, pro pace suam ipsius ponet animam: at qui demens est ac insolens,

A ὑπόμεινον ἐν πάσῃ θλίψει, μήποτε συνεχῶς ὑφ' ἑτέρων παρακαλούμενος ὑψηλόφρων γένῃ. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος, παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας. Μέτοχοι γὰρ τοῦ Χριστοῦ γεγόναμεν, ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν κατάσχωμεν. ἀρχὴ πάσης ἀρετῆς, πίστις. Βίον ἐνάρετον κτᾶται μοναχὸς, ἐπα-
B κούων νουθεσίαν πατρός. Γυμνὸς ἀποκαθίσταται μοναχὸς, ἀγαπῶν τὴν ἀνυποταγὴν καὶ τὴν ὁδὸν πλατεῖαν. Διαβολικὸν ἐνθύμημά ἐστι μοναχῷ ὀρέγεσθαι ἀλλότριον βαθμόν· εὐάλωτος γίνεται μοναχὸς ἐμπλεκόμενος ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. Ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει πραῢς μοναχὸς καὶ ἡσύχιος. Ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πάντα τὰ ἄστρα χαίρει ἐπὶ τοῖς ὀρθῶς δουλεύουσι τῷ δεσ-
C πότῃ Χριστῷ. Θησαυρὸν θησαυρίζει ἑαυτῷ ἐν οὐρανοῖς πᾶς ὁ ἀγαπῶν τὴν ἡσυχίαν ἐν ἀγάπῃ. Ἰατρὸς γίνεται τῶν παθῶν ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον ἐν ἀληθείᾳ. Κατάσκοπός ἐστι κατὰ τῶν παθῶν πραῢς μοναχός. Λαοὶ αἰνέσουσι Κύριον ἐν ἀνθρώπῳ μὴ ἀμελοῦντι τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, ἀλλὰ φροντίζοντι τῆς ἐξόδου αὐτοῦ, καὶ τῆς παραστάσεως τοῦ φοβεροῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ. Μονὴ γίνεται τοῦ ἁγίου Πνεύματος πᾶς ὁ ἀγαπῶν τὴν
D ἑαυτοῦ σωτηρίαν. Ναὸς Θεοῦ γίνεται πᾶς ὁ ἀγαπῶν τὴν σωφροσύνην καὶ ἁγνείαν. Ξίφος ἐστὶ κατὰ τοῦ δαίμονος τῆς ἀκηδίας ἡ τοῦ θανάτου μνεία καὶ τῶν κολάσεων. Οὐ κατακρίνει τὸν πλησίον φρόνιμος μοναχός. Ῥήματα ζωῆς αἰωνίου πιστευθήσεται ἀνὴρ φιλόχριστος. Σῖτός ἐστι καθαρὸς ἀνὴρ φιλόξενος· τὸ γὰρ μέμφεσθαί τινα ἑαυτὸν ἐν παντὶ καιρῷ καθαίρεσις ἁμαρτιῶν. Ὑπο-
E μονῆς νεῦρόν ἐστιν ἡ ἐγκράτεια. Φονοκτονεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ ἐκκλίνων ἀπὸ τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου· χαρὰν δὲ ἀνεκλάλητον κληρονομήσει πᾶς ὁ τηρῶν αὐτὰς ἐν ἀληθείᾳ. Ψάλλε, ἀγαπητὲ, τῷ πνεύματι, ψάλλε καὶ τῷ νοΐ· ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματί μου. Ἀρχὴ καὶ τέλος τῶν πιστῶν, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη· τῶν γὰρ
F χαλεπῶν χαλεπωτέρα ὑπάρχει ἡ ἀκηδία, μάλιστα γὰρ ἐὰν ἔχῃ σύμμαχον τὴν ἀπιστίαν. πλήρεις γὰρ οἱ καρποὶ αὐτῆς ἰοῦ θανατηφόρου. Μνημόνευε, ἀγαπητὲ, τοῦ φοβεροῦ βήματος τοῦ Θεοῦ διαπαντὸς, καὶ ἔσται σοι στήριγμα, καὶ ἀντιπολεμήσεις τοὺς ἐπιβουλεύοντας κατὰ τῆς ψυχῆς σου. Φρόνιμος μοναχὸς ἀποστελλόμενος εἰς διακόνημα τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν θήσει περὶ τῆς εἰρήνης· ὁ δὲ ἄφρων καὶ ἀπαίδευτος παρα-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0350
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg